



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Considerationes pomeridianæ: ex eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

tietate sine nausea, tædio, fastidio, ac timore per omnem æternitatem.

O Vita vitalis! vita beata, & beatè *s. Ansel.* sempiterna, Vita sine morte, juvenus sine ^{l. de simi-} senectute, sanctitas sine infirmitate, gau- ^{lit. c. 26.} dium sine tristitia, pax sine discordia, lux sine tenebris, delectatio sine fastidio, fortitudo sine imbecillitate, gloria sine fine. O Vita! cujus amore tot Sancti suum sanguinem fuderunt, tot Religiosi mundum contempserunt &c. Ô quantum tui desiderio languero, atque suspiro!

Affectus
aspiratio-
num ad cæ-
li gaudia.

Te, cujus est certa securitas, & securitas tranquillitas, & tranquilla fœlicitas, & fœlix suavitas, & suavis jucunditas, post hoc omni spiritali concupiscentiâ desiderare cupio. Te, quæ timen-
tibus Deum præparata es, concupiscit; & *Psal. 83,* ^{3.} *desicit anima mea in atria Domini.* Ah quando venies? Ah! quando apparebit mihi gloria tua &c.

CONSIDERATIO I. POME-
RIDIANA.

Quòd pro Christi gloria strenuè sit laborandum.

O Si vidisses in cælo sanctorum coronas *Gerf. l. 3.* perpetuas, quantâ quoq; nunc exultant ^{cap. 47.} gloriâ, profectò nec letos hujus vitæ concupisceres dies. Ibi salus erit indefectiva, an- ^{n. 3.}

Kk3 xietas

n. 2.

xietas nulla, jucunditas beata, societas dilectis & decora. Age ergo, ut agis; fideliter labora in vinea mea; ego ero merces tua. Scribe, lege, canta, geme, tace, ora, sine fine. Digna est his omnibus aeterna vita.

C O N S I D. II.

De ardenti desiderio celestis Beatitudinis.

Hb. c. 4. 8. 1.

O Superna civitatis mansio beatissima! O dies aeternitatis clarissima! dies semper leta, semper segura, & nunquam statim mutans in contraria. O utinam dies illa illuxisset, & cuncta haec temporalia finem accepissent. IESU bone! quando stabo ad videndum te? quando contemplantur gloriam regni tui? quando eris, mihi omnia in omnibus? Desidero te intimè frui, sed nequeo apprehendere. Opto inherere celestibus, sed dum spiritus sursum, caro quaerit esse deorsum.

C O N S I D. III.

Quid huic desiderio celestis patriae conjungendum sit.

Hb. c. 4. a.
n. 1. 2. 3.
A. 5.

Fili mi, cum tibi desiderium aeternae beatitudinis desuper infundis sentis, dilata certum, mihiq; toto cordis affectu adhaerere ac ferventi voluntate studeas deservire. Fili

Auct. ad Exerct. Candidatos &c. 519
sape ignis ardet, sed sine fumo flamma non
ascendit. Tale est & tuum saepe desiderium.
Velles esse in libertate gloriae filiorum Dei,
delectat te domus aeterna gaudio plena: sed
oportet, te prius novum induere hominem,
& in alterum virum mutari, donec veniat
regnum Dei.

EPIPHONEMA
AUCTORIS

*Ad Exerctiorum Spiritualium
Candidatos Religiosos, ac Sa-
cerdotes.*

AD vos jam meus sermo revertitur,
quotquot professionis vestrae, sive
Ecclesiasticae, sive Regularis statum an-
nuam recollectione in sanctis exercitijs,
sive alio quocunque modo renovare
studetis; ut ultimam vos cohorter, &
alloquar verbis illis, quibus aliquan-
do Beatissima Virgo & Mater Gunteli. *Ex Menol.*
num Monachum in Anglia sub sua con- *23. Sept.*
versionis initium affata est. Vidit is
per raptum extaticum primo tremen-
da hominis novissima; dein Elysios
campos, seu paradysum caelestem, in
eoque Angelorum Reginam sublimem
in splendidissimo throno residentem, ac
solis instar reliquos inter Divos radian-
tem. Ad quam cum sanctissimus no-
ster

Kk 4

ster